



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 1. Quibus similes sint Hypocritæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

parses, itaq; mihi obtemperes: volebet nimirum, ut homines dicerent: *Qualis est hic, Matth. 8.* quia venti & mare obediunt ei? Sed aliter res <sup>27.</sup> evenit, nam protinus contrarium factum est: mox enim mare, impetu facto, sinum eius liberaliter irrigauit. Quare territus rex uuidis vestibus de solio surrexit, & tam laute habitus, *Vana est,* dixit, *omnium regum potestas: solus Deus omnipotens.* Itaque corona Crucis imposita, post illa, pietatis cultor, & modestiae exemplum fuit. Mare igitur, *Dum non pareret, docuit parere;* & regem, quem voluit docere, cuius potentia esset, pudefecit.

## C A P V T X I V .

*Hypocritas detectos iustissime, pro quaestia  
laude, ignominij omnibus appeti  
& concidi.*

### §. I.

*Quibus similes sunt Hypocrite?*

**D**logenes cuidam sibi placenti, quod Leonis exunio tectus ingredetur: Non tu desines, inquiebat, virtutis <sup>Laërt.</sup> stragulas pudefacere? scilicet indecens esse lib. 6. exultimabat, quod homo mollis Herculis cap. 2.

S amictum

amicum sibi vendicaret. Plurimi sunt in  
Dei Ecclesia in speciem boni, moribus mali;

qui, more Pharisæorum & falsorum Pro-

**Matth.** 7. phetarum, veniunt in vestimentis onium, in-

**15.** trinsecus autem sunt lupi rapaces. Verbis pro-

fitentur se Catholicos, re ipsa sunt multis  
hæreticis deteriores. Confitentur saepe, sa-

**Matth.** 6. eam Synaxin adeunt frequenter, extermin-

**26.** nant facies suas, ut appareant hominibus iein-

**Plutarch.** nantes; sed similes sunt Antipatro, cuius

**in Reg. &** frugalitatem nonnullis laudantibus, quod

**Imp.** alienam ab omnibus delicij - isteramq; vi-

**Apoph.** tam ageret: Foris, aiebat I. cander, albo

utitur pallio, intus vero tetus est purpureus,

notans fictam illius parsimoniam. A talibus

Ecclesia obsidetur, premitur, contaminat-

ur, ob hos contemnitur, quod tales ha-

beat, tamquam scabiosas oves. Sed sunt in

grege, ut Vlysses quondam. In agro Domi-

nico creuerunt, sed lolia sunt; miscentur

frugibus, sed ventus paleas esse conuincit.

Reti includuntur, sed maris retrimenti-

sunt, & hydri, non pisces. Ouium est vel-

lus, lupinum ingenium, uno verbo, hypo-

critæ, factores, simulatores, irrigores pietat-

is, insidiatores religionis. Atque utinam

secularium dumtaxat multi tales existerent,

&amp;

& non etiam aliquam multi Ecclesiastico-  
rum, qui inani fidei professione gregem Do-  
minicum agnoscunt, quem vita libertate vi-  
tisq; infamant. Non accuso hic eos, qui  
non sunt tales, ne sibi arripiant irascendo,  
quod reis dicitur, ut à se amoueant dolen-  
do. Sunt certè qui cum Antipatro foris al-  
bo pallio vtuntur, vt emergant, vt gratiam  
Principum venentur, incus toti sunt purpu-  
rei, & conspersi sanguine innocentum. Qua  
de caussa eos merito Christus in hunc mo-  
dum alloquitur: *Va vobis Scribe & Pharisei* Matth. 23.  
*hypocrita: quia similes estis sepulchris dealbatis,* 27.  
que à foris parent hominibus speciosa, intus verò  
plena sunt osibus mortuorum, & omni spuri-  
tia. Sic & vos aforis quidem paretis homini-  
bus iusti: intus autem pleni estis hypocrisy & ini-  
quitate, iram Dei in vos, & alios vobiscum  
prouocantes, multorum caussa malorum.

## §. II.

*Hypocritas merito puniri.*

An non talibus exuix Herculis detra-  
hendae? an non exuendum pallium album?  
An non in apricum proferendi, & de ipsa-  
laudis ambitione in ruborem dandi sunt? Et  
facit hoc scrutator cordium Deus, uti-  
us lateant, & plus noceant. Nah. Ari.  
S 2 Rotele Aristoteli lib. 9.  
Ethic.